



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

Cap. XLII. An privilegia semel concessa revocari possint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

dum quid, quo ad talen actum, si ab ipso Prive-
ligiario, vel ejus auctoritate, scientia & vo-
luntate fiat. Ita ex Lopez in lib. 42. docet Sua-
rez.

Quantum vero tempus sit necessarium, ut
amittatur Privilgium per contrarium usum,
illud explicandum est, per viam Praescriptio-
nis. Hoc autem est decem annorum inter
praesentes & viginti inter absentes, nam hoc
requiritur in servitutibus & juribus incorpo-
ralibus. Covarruvias l. i. var. Ref. cap. 17. & A-
lij.

C A P U T X X X X I I .

*In Privilégia semel concessá revocari
possint.*

Privilégium concessum non subdito, & ab
eo acceptatum, est irrevocabile, subdito
vero concessum est revocabile à conceden-
te. Ita Canonistæ in cap. Novit. de Judicio, In-
nocentius, Panormitanus, Decius, Hofiensis
& alij.

Prior pars probatur : quia Privilégium
non subdito concessum, & ab eo acceptatum
transit in contractum. Ergo non potest revo-
cari quia nullus Princeps habet Jus, privan-
di non subditum rebus suis, & legitime ac-
quisitis, undecunque ad illum pervenerint.
Quod vero de revocatione privilegij subdito
con-

concessi, dictum, non est intelligendum de
Privilegio dato, per contractum lucrativum
quia Princeps etiam tenetur servare pacta
cum subditis facta, quia haec obligatio nasci-
tur ex naturali Justitia; quae etiam Principem
obligat; Anto. Gab. lib. 3. de Jure quæsit.

Privilegium gratuitum; manens in pura
ratione Privilegij, id est, facultatis & licentiae
præter, vel contra Jus commune potest a
concedente revocari libere, & sine causâ, sal-
tem cogente, aut necessitatem inducente. Ita
Panormitanus, Decius, Anselmus, Felinus, &
alij. Quia hoc Privilegium non transit in do-
minium subdi, & ita semper procedet ex
voluntate Principis, isque ievocare potest, ut
vero decenter fiat, necessar a est quædam
honesta causa: quia non decet, Principem re-
vocare. Privilegium à se concessum, nulla
nova insurgente causâ: Argumento cap. lug-
gestum de Dec, undē, si Princeps id faciat, a-
etius protectio non erit, undique honestus,
quia indecenter operari, culpâ aliquâ, non
vacat, saltem veniali. Secus vero esse posset,
ratione scandalii, aut odij, aut gravis nocu-
menti Proxiimi; quod licet injuste non infera-
tur, tamen esset contra charitatem, & sic pos-
set esse culpa mortalis. Suarez lib. 8. de Legi-
bus cap. 37. n. 10.

CAPUT